

Eneide VI 628-678  
Les champs Élysées

Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeua sacerdos, 628  
"Sed jam age, carpe viam et susceptum perface munus;  
acceleremus" ait; "Cyclopum educta caminis 630  
moenia conspicio atque aduerso fornice portas,  
haec ubi nos praecepta iubent deponere dona."  
Dixerat et pariter gressi per opaca viarum  
corripiunt spatium medium foribusque propinquant.  
Occupat Aeneas aditum corpusque recenti 635  
spargit aqua ramumque aduerso in limine figit.  
His demum exactis, perfecto munere diuae,  
devenere locos laetos et amoena virecta  
fortunatorum nemorum sedesque beatas.  
Largior hic campos aether et lumine vestit 640  
purpureo, solemque suum, sua sidera norunt.  
pars in gramineis exercent membra palaestris,  
contendunt ludo et fulva luctantur harena;  
pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.  
Nec non Threicius longa cum veste sacerdos 645  
obloquitur numeris septem discrimina vocum,  
jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.  
Hic genus antiquum Teucris, pulcherrima proles,  
magnanimi heroes nati melioribus annis,  
Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor. 650  
Arma procul currusque virum miratur inanis;  
stant terra defixae hastae passimque soluti  
per campum pascuntur equi. Quae gratia currum  
armorumque fuit vivis, quae cura nitentis  
pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. 655  
conspicit, ecce, alios dextra laevaue per herbam  
vescentis laetumque choro paeana canentis  
inter odoratum lauris nemus, unde superne  
plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.  
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi, 660  
quique sacerdotes casti, dum vita manebat,  
quique pii vates et Phoebos digna locuti,  
inventas aut qui vitam excoluere per artis  
quique sui memores aliquos fecere merendo:  
omnibus his nivea cinguntur tempora vitta. 665  
quos circumfusos sic est adfata Sibylla,  
Musaeum ante omnes medium nam plurima turba  
hunc habet atque umeris exstantem suspicit altis:  
"Dicite, felices animae tuque optime vates,  
quae regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo 670  
venimus et magnos Erebi tranavimus amnis."  
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros:  
"Nulli certa domus; lucis habitamus opacis,  
riparumque toros et prata recentia rivis

incolimus. sed vos, si fert ita corde voluntas,  
hoc superate jugum, et facili jam tramite sistam."  
Dixit, et ante tulit gressum camposque nitentis  
desuper ostentat; dehinc summa cacumina linquunt.

**Vocabulaire :**

**Fréquences 1 et 2 :**

ac,atque : et  
aio,ais,ait : dire, affirmer  
aqua,ae : eau  
auctor,oris : fondateur, auteur  
beatus,a,um : heureux  
campus,i : plaine  
carmen,inis,n : chant, poème, vers  
contendo,is,ere,tendi,tentum : tendre vers; rivaliser, lutter  
dico,is,ere,dixi, dictum : dire  
diva=dea  
equus,i : cheval  
gratia,ae : la reconnaissance; le plaisir; le goût  
jubeo,es,ere,jussi, jussum : ordonner de, inviter à +inf  
jugum,i : chaîne de collines  
laetus,a,um : riche, riant, joyeux  
ludus,i : le jeu  
munus,eris : 1.tâche, fonction, la cérémonie 2.cadeau  
nosco,is,ere, novi, notum : (apprendre à) connaître  
ob+acc : à cause de, pour  
occupo,as,are : être le premier à occuper, s'emparer de  
pariter : également, ensemble  
patior,eris,i, passus sum : endurer, souffrir, supporter  
pulcher,cha,rum : beau  
recens,entis : récent, frais  
sedes,is,f : siège, séjour, résidence  
sidus,eris,n : constellation, astre  
spargo,is,ere, sparsi,sparsum : asperger, répandre  
supero,as,are : dépasser, franchir  
suscipio,is,ere,cepi,ceptum : entreprendre, commencer  
tellus,uris,f : la terre  
turba,ae : la foule  
vox,vocis : voix, son, note  
vulnus,eris : blessure

**Fréquences 3 et 4 :**

Aditus,us,m : l'accès, l'entrée  
arena,ae : sable  
carpo,is,ere, carpsi, carptum : cueillir, déchirer, choisir, goûter; parcourir  
castus,a,um : vertueux, irréprochable  
conspicio,is, ere : voir,apercevoir  
corripio,is,ere : se saisir de, parcourir rapidement  
demum : seulement (tps)

depono, is, ere, posui, positum : déposer  
educor, is, ere : faire sortir, ériger  
fores, um : portes (de maison)  
gradior, eris, i, gressus sum : s'avancer  
inanis, is, e : vide, vain  
largus, a, um : abondant, généreux  
mereor, eris, eri, meritus sum : mériter, être méritant, servir dans l'armée  
pasco, is, ere, pavi, pastum : nourrir, faire paître  
passim : çà et là, en tous sens  
porta, ae : la porte (d'une ville)  
praeceptum, i : le précepte, la consigne  
propinquo, as, are : s'approcher  
purpureus, a, um : de pourpre  
ramus, i : branche, rameau  
recens, entis : frais, jeune, nouveau  
sacerdos, otis : prêtre(sse)  
suscipio, is, ere, cepi, ceptum : soulever, entreprendre  
vates, is : prêtre, poète, prophète

**Ne pas apprendre :**

accelero, are : se hâter  
amoenus, a, um : agréable  
cacumen, inis : la cime, la hauteur  
caminus, i : forge  
chorea, ae : danse, ronde avec chants  
chorus, i : danse, chœur  
currus, us : le char  
Cyclopes, um : Cyclopes  
devenio, is, ire : parvenir+acc  
discrimen, inis : l'intervalle (terme de musique), la note  
ergo + génitif (toujours post-posée) : à cause de, en l'honneur de  
exago, is, ere : achever  
excolo, is, ere, colui, cultum : orner, améliorer, embellir  
fornix, icis : voûte  
fortunatus, a, um : bienheureux  
fulvus, a, um : fauve  
gramineus, a, um : gazonné  
gressus, us, m : la marche  
hasta, ae : la lance  
laurus, i, f : le laurier  
longaevus, a, um : très âgé  
luctor, aris, ari : combattre, lutter  
niveus, a, um : blanc comme la neige  
numerus, i : le rythme, la cadence (terme de musique)  
obloquor, eris, i, lectus sum : répondre, faire un répons (terme de musique)  
odoratus, a, um : parfumé  
opacus, a, um : sombre, obscur  
Paeon, anos (paeana : acc grec) : le Péan, chant en l'honneur d'un dieu, ou chant de victoire  
palaestra, ae, f : palestine, terrain de sports (terme grec)

pascor,eris,i = pasco

pecten,inis,n : le plectre (petit bout d'ivoire avec lequel le musicien fait vibrer les cordes)

plaudo,is,ere,di,sum : frapper, applaudir

proles,is : lignée, descendance, famille

repono,is,ere,posui,positum : replacer, placer, mettre (tellure reponere : mettre en terre)

rivus,i : le ruisseau

sisto,is,ere + acc : installer, placer

superne : à la surface, en haut

tellus,uris : la terre

**tempus,oris,n : la tempe**

Threicius,a,um : thrace

torus,i : le coussin, le lit, la couche, le divan

trames,itis : le chemin, le sentier

vescor,eris,i : manger, déjeuner

vestio,is,ire : couvrir, envelopper

vire(c)tum,i : prairie

vitta,ae : la bandelette religieuse (signe de consécration)

**Grammaire** : Petit précis de grammaire latine, coll Morrisset

impératif p 97 & 342; p 112 & 368;

expression de l'ordre et de la défense p 136 & 419-422